Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos Successores ad ea[que] omnia inscribit et obligat praesenti, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, pro quo sunt semper peremptorios. Vera Infirmitate, Maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra et extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Curiam ... torem, et alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quaestionem ... Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis ... dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, Appellationes, ac earum ... faciendo, ac praescripta omnia ... Simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, et alijs Iuris ... praescriptione Terrae, bello Conventioneq[ue], ac alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, neemodo aliquovis evadendo. Stat suam praesentem personali Recognitione ad praesens ... mente.

Vigore Laudi ... Feria Sexta in

9/VIII
1669

Vigilia Festi Sancti Laurentij Levitae et Martyris. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono.

Grabinski et Draminski, Ilnickie Komarnicki et alios Quietant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles Ioannes Iosephus Grabinski et Albertus Draminski, olim Nobilis Valentini Draminski cum ... Barbara Zarszynska generati filij ... mentis et corporis ... a terris, Debitis, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis ... et competentibus recedentes, praesentes vero Castrenses Capitanealis

Premysliensi Iudicio, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando
atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt
Agnoverunt ergo quilibet illorum seorsim suo interesse recognoscens
Quia ipsi Nobiles Basilium, et Ioannem fratres germanos,
atque Ioannem filiastrum Ilnickie Czemcorzez dictos: tum
Andream Komarnicki Dubcowicz, Lucam Ilnicki Pziuk
dictum: atque Labsos Proleop Pastorem, Podhorodecki de nomine
ignotum, Michaelem Roztucki Stayczonem, Mulicki Pater
nowicz Molendinatorem, praefati Nobilis Basilij Ilnicki famu
los et subditos: Ilij Patrem, et Iacko filiumque Rogoste
wice dictos, Marko Sokolowicz, Lenio Molendinatorem, Nobilis Hre
hory de Ilnicki de Villa Ilnik Regali subditos necnon Nobiles seu
Honestos Ioannem Iablonski, Senko Sinica, Mikula Zawadzki
Scultetos seu Kniazpones: tum Labsos Petro Kaczorowicz de
Villa Zawadka subditum, eorumque posteros, de Protestatione certa per
se Recognites, suo et Nobilis olim Francisci Draminski uniusque Reco
gnoscentium fratris germani, occasione per ipsos Sabbatho
in Vigilia festi Sanctae Mariae Magdalenae Anno praesenti septu
agesimo, turmatim et armatim camporum sui Recognoscentium
propriorum superinequitationis, et superaggressionis, praefati Nobilis
olim Francisci Draminski arbori sylvestri alligationis,
concussionis, ouium multibilium centum, Agnorum vero
et Agnarum quinquaginta propriorum ex eisque fundis et cam
pis expulsionis, et ad Villam Zawadka, fuiamque ibidem sitam
praefati Iablonski Sculteti propriam abactionis, ouiumque suo illi
cito applicationis, aliarumque violentiarum, iniuriarum et
exorbitantiarum illationis coram officio praesenti Castrensi Capitaneali
Premysliensi contra eosque facta Quietant, emittunt, dimittunt, liberosque
et absolutos perpetuo pronuntiant, ponunt eamque Aresta, et Re
lationes quascunque, ob quietationem sibi plenariam et sufficientem

Satisfactionem in toto et per omnia Cassant, mortificent et anni-
hilant praesentis, tibi, suisque posteris ratione praemissorum perpetuum
imponendo Silentium.

# Draminski, Ilnickie et alios Quietat et Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca-
pitaneali Premisliensibus Nobilis Albertus Draminski, olim Nobilis Valen-
tini Draminski, cum Nobili Barbara Zarszynska procreatus
filius, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juris-
dictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedens, praesenti
vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad Actum
hunc attinet, secum Successoribus, ac bonis suis generaliter
omnibus, totaliter ac plenarie incorporans atque Subjiciens
palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse
suo et Nobilis Barbarae Zarszynska, Nobilis Joannis Iozephi Gra-
binski Secundi voti, Matris suae, pro cuius ratihabitione cavet
ac se praesentibus inscribit nomine, Nobiles Basilium et Iwan Ilnickie,
olim Nobilis Pauli Ilnicki Czerneowicz filios, fratres inter se
germanos, Wasio Ilnicki, praefati Iwan Ilnicki filium, nec non
Iwan Ilnicki Wilczyk, Nobilis Hrehory Ilnicki filium, atque
Michayło Podhoroleski famulum, Stephan Roztucki Hayduk
Milecza Perekowecz Mielnik praedicti Nobilis Basilii Ilnicki sub-
ditum, necnon Honestos Tymko Wolczanski et Lesio Wol-
czanski fratres germanos, eorumque posteros de facta et Acti-
one iudiciaria per se Recognoscentem praefatamque Matrem suam,
ratione per ipsos fundi certi in Villa Mizykowsczyzna Recognoscentis
proprii, Nobili praetunc in vita Parens sua cum Nobili olim Francisco
Draminski sui Recognoscentis fratre germano per suppositos Nobiles
Ilnickie intercepto rei familiari attentabat, super aggressionis
et Consortes